

Historia, die den Erzbischof als Heiligen darstellte. Nun ist von allen Quellen, die über Arnold berichten, nur die Vita geneigt, ihn zum Heiligen zu machen. Auch passt die Bezeichnung 'Historia' auf die Vita. Also darf man wohl annehmen, dass der Kirschgartener Mönch im Besitz der Vita war. Diese Annahme wird noch wahrscheinlicher durch folgendes Zitat aus der Historia, das der Mönch mitteilt.

Chronicon Wormatiense (Boos 3, 41).

In eadem¹ quoque historia legitur, quod gloriosus imperator Fredericus audiens multa mala, quae principes alii intulerunt sancto viro Arnoldo archiepiscopo Moguntino, optimo amico suo et sibi multum caro, rediensque ex Italia post imperialem susceptam coronam, omnes illos sacrilegos coram se Wormatie responsuros domno episcopo evocavit, ubi in praesentia totius curiae omnes in faciem suam ad pedes reverendissimi pontificis corruentes iuxta quod scriptum est: Inimici eius terram lingent, incinere et cilicio satisfacientes, poenas tanti facinoris congruas dederunt et vindictam quae vulgo dicitur arnescara in medio hiemis horridissimi temporis quilibet in ordine suo secundum suam dignitatem vel conditionem nudipes ad terminum usque statutum pro gratia tanti pontificis recuperanda proprio collo congestans. Inprimis palatinus Rheni comes, sicut principalis tanti flagitii auctor, canem per medium lutum portavit, alii autem sellam asinariam, alii subcellarii instrumentum atque alii alia secundum suam convenientiam, rigidis plan-

Vita Arnoldi (Jaffé 615).

Interea victoriosissimus triumphator Fredericus Romanorum imperator,

de Italia — imperialis diadematis consecratione percepta — rediens, omnes illos sacrilegos coram se Wormatie responsuros domno episcopo evocavit. Ubi in praesentia totius curie, omnesque in faciem suam ad pedes reverentissimi pontificis corruentes, iuxta quod scriptum est: Et inimici eius terram lingent, incinere et cilicio satisfacientes, penas tanto facinori congruas dederunt: et vindictam, quae vulgo dicitur harnescharre (Cod. W. harnes) in medio hiemis horridissimi temporis quilibet in ordine suo secundum suam dignitatem vel conditionem nudipes ad terminum usque statutum pro gratia tanti pontificis recuperanda proprio collo congestans; inprimis Hermannus palatinus comes Reni, sicut principalis tanti flagitii auctor, canem per medium lutum portans. Alii sellam asinariam, alii subtellarium instrumentum, alii secundum suam convenientiam alia, ri-

1) Bezieht sich auf das oben S. 75 mitgeteilte Zitat.